



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Clavdii Espencei Theologi Parisiensis De Evcharistia, Eivsque Adoratione, Libri Qvinque

Espence, Claude d'

Parisiis, 1573

Cap. III. Kemnitiana.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30397

Christi carnem nemo manducauit (salutariter utique ac fructuosè) nisi qui & adorauit, non interna tantum seu fidei adoratione, ut perperam exponit Vvestphalus, sed externa quoque. Quo enim vel loco vel tempore cultus internus externo profitendus magis atque ex-
Aug. in Ps. 98. Amb. de sancto li. 3. cap. 12.

rendus quàm inter sacra Missarum solemnità? Hinc illud Ambrosij ab Augustino recitatum & resumptum de carne Christi, quam (ait) hodie quoque in mysteriis adoramus, & quam Apostoli in Domino Iesu adorarunt, &c. Postremo ne per omnia non Lutherizet Vvestphalus (ut nihil huius hac de re celem aut dissimilem) omnem is Eucharistiæ usum extra sacramentalem, improbat, qualis est vsitata in Ecclesia tot annis, imò seculis, asseruatio, eaque multiplex, aut spectanda proponitur, aut in pompis sacris siue processionibus circungestatur. De quibus secundo libro dicta hinc agnoscantur.

Kemnitiana. Cap. IIII.

Rotestantium pastorum, quosquidem legerim hac de re, ut postremus, ita vir omnino dignissimus, qui Luthero minus esset addictus, hinc quædam nobiscum, quædam contra nos etiam scribit in examine Synodi Tridentinæ. Et nobiscum quidem contra omnes aduersarios, quos etiam vocat Sacramentarios, & à quibus nominatim sese suosque seiungit, sic præfatur, Christum Deum & hominem adorandum esse, nisi Arrianus: humanam etiam naturam propter vnionem cum diuinitate, nisi Nestorianus, nemo negat: nam & ab Angelis, & ab Apostolis adoratum constat. Dei autem adorationem nec loco nec tempori alligatam, semper ergo & vbique adorandum Christum. Quem siquidem in cœna suis peculiari modo præsentia & gratia adesse, sic ut ibi verè & substantialiter exhibeat uisceribus corpus & sanguinem suum, verè & ex animo credimus, fieri non potest, nec debet, quin cum fides in ea actione præsentem ueneretur & adoret. Sic Iacob, Moses, Elias absque peculiari quidem mandato, ut iis Deum locis adorarent, sed ge-
Part. 2. ad ca. 5. & c. 6 de hoc sacramento. Sacramentarij à Lutheri à Lutheri humanis excommunicati. Arrianus Nestorianus Ioan. 4. 1. Tim. 2. Substantia liter. Gene. 28. Exod. 34. 3. Reg. 19.

nerali vt vbique, certi sub externis eum & visibilibus symbolis verè adesse, & peculiari eis gratiæ modo ibi se patefacere, quem ibidem præsentem esse credebant, adorabant: nec verò vera fides fuisset, si non secuta quoque fuisset inuocatio, seu adoratio, honor Deo nimirum debitus. Seruus Abrahæ ex Rebeckæ responso intelligens

Gene. 24. Deum in sua ei legatione adesse ac benedicere, inclinat

Exod. 4. 12. se, & eum adorat. Filij Israël audientes Deum eos respexisse, eosque visitaturum, de percussoris item Angeli transitu, & Phasæ, incarnati adorarunt. Si omnes prophetant, intrans idiota conuictus ab omnibus & diiudicatus, cades in faciem Deum adorat, & pronunciat eum in nobis esse. Nec verò Deum procul in cælo à se remotum & absentem, sed verè præsentem & peculiari modo præsentem ij adorarunt. Tum citatis Augustini & Ambrosij celebribus antè locis de carnis Dominicæ inter hæc mysteria cultu, Lutheri etiam sui testimonio de hoc venerabili & adorabili sacramento, sic concludit, Christum igitur Deum & hominem, in diuina & humana natura verè & substantialiter in actione cœnæ præsentem, in spiritu & veritate adorandum, nemo negat, nisi qui cum Sacramentariis vel negat vel dubitat de Christi ibi præsentia. Nec enim mortis ibidem Dominicæ memoria & annunciatio sine illa adoratione rite fieri potest, ne quis nos suspicetur in dubium vocare, an Christus Deus & homo in cœna præsens, sit adorandus. Hactenus rectè. Minus autem candidè post nobiscum agit, Primum, quasi nos totum hoc sacramentum, ac proinde panis etiam vini que terrena elementa, nedum Christi corpus & sanguinem, patriæ cultu hinc adoremus, & sic præter creatorem nos creaturam quoque colamus, Pura puta impostura. Nos verò contra, Kemniti, non quidem signa visibilia, sed res hinc inuisibiles honoramus. Et quidem sic distinguere, non à te tuique similibus, sed à canonibus Ecclesiasticis, & Theologicis sententiis didicimus. Et horum elementorum siue substantias (quas qui residuas negant, quo, quæso, modo colerent?) siue accidentia, creaturas seu concreaturas, vt quidam vocant, esse scimus. Ideoque patriam non colimus magis quàm Israëlitem vel arcam fœderis, vel Cherubin,

*Substantia-
liter.*

Rom. 1.

Decof. dist.

2. can. Nos

antè. Et li.

4. sentent.

Dist. 10.

Accidentia

cöcreatura.

Arca.

Tabernac.

vel lignum, vel aurum, Deum in tabernaculo vel templo *Templum.*
 iuxta promissa sua praesentem adorantes. Quod & ab A-
 thanasio, aliisque priscis, non à vobis primum, contra sa-
 cramentarios respondendum item didicimus, Signa qui- *Signa reue-*
 dem reuerenter sumenda nostrum quoque est, nō tuum *renda.*
 tuorumque tantum, vt signis Christi cultum nec alliga-
 re, nec affigere, addo neque affingere, quoniam iis loca- *Thom. part.*
 liter nec includitur, nec inclusus cōtinetur. Christi enim *3. quest. 76.*
 corpus in hoc sacramento nullomodo esse localiter, nec *artic. 5.*
 circumscriptiuè quidem aut diffinitiuè, axioma nobis est
 scholasticum, imò catholicum. Quod item ais, non hoc
 adorandum sacramentum, vt in persona Christi ob hy- *Lib. 3.*
 postaticam vnionem, vna adoratione (de qua nos abun-
 dè antea) humanitatem diuinitatemque colimus, quia
 panis & Christi corporis in cœna vnio, non est persona- *Impanatio-*
 lis, nihil ad nos aut contra nos. Litiga si voles, cum Im- *res, prisci et*
 panatione vel priscà Berengarij, hoc enim monstrum ei *moderni.*
 Guitmūdus, Algerus, & Anselmus impegerunt: vel nouâ
 Lutheri, nã & huic eandē imponunt nō catholici modò,
 sed & Sacramentarij. Certè cū verbum cœnæ, Hoc est
 corpus meū, hic est sanguis meus, cōferat, aut etiamnum *Ioan. 1.*
 æquet huic, Verbum caro factum est, vix eā suspicione se
 expediet, quin cum Berégario Christum faciat Impana- *Lib. 1. ca. 6*
 tum, Inniatum, & vt loquitur Algerus, Impersonatum, *8.*
 quasi parum sit semel fuisse incarnatum. Rectè Ioannes *In valera-*
 quidã Parisiensis, Non solū verū credendum, sed verè *nū episcop.*
 credendū verum. Qui credit carnē Christi substantialiter *anno 1234.*
 in sacramento existere, veritatē credit: sed qui eam credit *litante. D.*
 vel impanatā, vel per modum impanationis ibi esse, quia *Garetio.*
 falso modo verū credit, nihil credit, & sanctæ cōrunio- *Substantia.*
 nis articulū detrimento afficit, vt ante hunc Guitmundus *Anno 1060*
 Impanatores vmbraticis eorum fratribus nequissimis ne- *Anno 1348*
 quiores putauerit. Post vtrunq; Simon à Cassia, In hoc, *Lib. 1. de*
 ait, mysterio neq; descensio, neq; assumptio, neque vnio *mysteriis*
 facta est, sed cōuersio, &c. quod vocabulū cū synonymis *verbi in-*
 aut æquipollētibus tanto sapius in patribus occurrit, quā *creati. c. 2.*
 quo hic vtitur Kemnitius, Vnio, vix vsquā patrum obuia. *Vnio.*
 Ad quem vti redeamus, neq; nos hīc adorationē ad hāc
 clemēta dirigimus, sed ad Christū, quā deū, quāq; homi-

nem, peculiari modo hîc, vt promisit & instituit, præsen-
 Y I. tem. Sed extra vsum (hoc alterum est quod in nobis re-
 Vsi & vfu- prehendit hic examinador) & actionem Eucharistiam a-
 re, nedum doramus, repositam vtpotè vel circumlatam. Quidni ve-
 vtentes Eu rò vbi eacunque fuerit, reuerenter & in honore habea-
 charistiam mus? Certè qui prius adorat, quàm manducet, nemo au-
 adoramus. tem non prius adorat, quam manducet, vt rectè, te quo-

que teste ac laudante, disputauit Augustinus, ante vsum,
 & sic extra vsum, vsurus licet, adorat. Et scis quàm latè
 Luthero tuo hæc patet actio, ac sic adorandi tempus, vt
 non vtentes modò, sed & vsuri & vsi adorent, ne nos for-
 tè tam angustis, hoc est solius modò vsus cancellis, solò-
 ve inter vtendum momento aut articulo circumscribas,
 includas, & coërceras. Et laudata tibi quoque Emisseni
 sententia, dum ad altare reuerendum accedentem iubet
 sacrum Christi corpus honorare, non ait vescentè (quan-
 quam vel maximè vescentem conuenit honorare) sed &
 cibo hoc spiritali satiandum, hoc est, etiam antequàm sa-
 tieris, aut vescaris, priusquam māduges, ait vbi suprà, Au-
 gustinus. Nam quo Gorgoniã quoq; Nazianzeni sorore
 loco laudas Christum inuocasse, qui in altari honoratur,
 quando, addis, quãdo scilicet cœnæ mysteria celebrantur
 si quàm curiosè (ne quid grauius dicã) canonem Triden-
 tinum examinas, cum Theologi locum excuteres, nō le-
 uiter conuiceres eum Christi in altari à scemina sanctissi-
 ma pariter & doctissima cultum, non in æde sacra, siue in
 publico templo aut conuentu, sed in ædibus priuatis ob-
 tiguisse, pro more nimirum Eucharistiæ domi cuique suæ
 asseruandæ tum recepto, quã nec Gorgoniam tunc vsum
 illic probaueris, & nulla ibi actiones mentio. Et aliquan-
 tò post eam scribis vtrūque & corporis & sanguinis Do-
 minici antitypon secum domum ex Ecclesiæ cœtu aspor-
 tasse, nec sumpsisse facis, quia id probare non potes, ado-
 rauit tamen & inuocauit. Iam cum etiam canistra vimi-
 nea apud Hieronymum, nodum apud Opratum, altaria
 corporis Dominici sedes, & calices sanguinis portatores
 legis, in quibus hæc, Christi inquã, corpus atque sanguis
 per certa momenta inhabitent, tūne nobis certa hæc mo-
 menta ad vsus tantum & actionis tempora alligabis? At-

Gorgonia.

*ἀντίτυπον.
 Loci hiero-
 nymi. Opta-
 ti, & Cyril-
 li hoc sede
 opere alias
 citati.*

qui sic audies ab alio patre peræquè antiquo, pio, erudito Cyrillo, insaniam esse, nedū errorem, si quis dicat hoc sacramentum à sanctificatione cessare, si quæ huius reliquæ in diem sequentem, nedum in momentum, sine tēpus breue remanserint. Non enim mutari sacrosanctum Christi corpus, sed vim virtutemque benedictionis, viuificamque gratiam iugem in eo inesse seu manere. Sed & Dei quidem verbo, non ministrantes vel accipientes fide fieri ut hîc adsint & præsentia sint corpus & sanguis Domini, vobis cum nobis conuenit, contra communes aduersarios, quod Lutheri tui & aliquot vestrum, qui mihi videbantur aliquid esse, viri certè per illustres, & quorum in vobis autoritas præcipua, inter quos & tu vir quoque doctissime, testimonio, locisque densis & crebris probasse mihi videor. Eâdem porrò rerum hîc præsentiam eâdem Verbi Dei vi, non hominis magis vsu quàm fide, si scriptoribus non credis Scholasticis, at certè crede classicis. Thomisticum sanè sit, Eucharistiam quidem perfici materiæ consecratione, alia verò sacramenta eius vsu & perceptione, ex locis alibi bono satis numero notatis, ut alterius verbis dicam crassius atque pinguius. Alia sacramenta in vsu & in fieri, quod aiunt, consistere, ut idem sit sacramentum & eius perceptio, nec id permaneat, sed vsu cessante cesserit: hoc autem quoddam esse permanens, & iam habens esse ante vsu, & ob hoc, hoc est, propter Christi corporis & sanguinis in eo existentiam, cæteris sacramentis excellentius tum dici, tum esse. Noui sint hi, horumque similes. Atqui pater erat qui ante annos plus duodecies centum in oratione Catechetica, hoc est, vbi ut clarissimè loquendum, ita minimè fallendum, sic scribebat, Rectè nūc etiam Dei verbo sanctificatum panem, in Dei Verbi corpus credimus immutari. Et hîc panem per verbum Dei & orationem sanctificari, non quia comeditur, eò progrediens, ut Verbi corpus euadat, sed statim per verbum in corpus mutatur, ut dictum est, à verbo, quoniam hoc est corpus meum. Relege quæ paulò ante in eodem examine post Ambrosium de vi verbi in hoc mysterio tradidisti, vel potius integra Ambrosiana relege, & videbis panem hîc fieri Christi corpus, conse-

In continuatione libelli de re verbi Dei, lib. 1.

Nicol. Gorzani. Anno, 1460. Gregor. Myssen. ciuitate Euthymia id Panopliæ Part. 2. cap. 21.

*Serm. de
cena.*

Vsus.

*Ezech. 9.
1. Petr. 4.
Rom. 14.
Rom. 10.*

eratione, non comestione: & diuino verbo, non humano vel usu, vel esu Quo fortè pertinet illud Christi apud B. Bernardum sic loquentis, Hostia quam vides, iam non est panis, sed caro mea: mutatio sanè ista benedictionis est, non originis: virtus hoc facit, non vsus: effectus est potentia, non vsus naturæ: Diuinum est, non humanum. Similiter liquor iste quem vides iam vinum non est, sed sanguis meus, quem pro te fudi in precium, tibi referuans in altari poculum, & cætera. Fortè dixi, nam vsus hoc fortè loco vsitatum naturæ cursum, non sacramenti vsum esunde significat. Sed indubitatum est verbo, non usu, licet ad vsum, hoc sacramentum confici, interim donec sumatur, confectum nihilo reuerenter minus habendum. Et huic quoque opponantur tam antè multa de multiplici Eucharistiæ extra vsum, vt sic loquar, usu, Tertio cauillatur nos de cultu externo quàm interno magis esse sollicitos. Siquidem vel omnes hîc tales sumus, vel nullos Dei sacrorumque eius cultores habet præ posteros, aut Kemnitiana Brunsvica, aut reliqua E-uangelica Germania, rectè: Sin vtrobique nimio plures sunt huiusmodi, & sui non illis desunt hypocritæ, percutiat sanctuarium suum Martinus, & ab ea quam domum Dei putat, iudicium incipiat. Alienos seruos ne iudicet, eos præsertim quibuscum illi conuenit externum cultum spiritualis & interni signum esse & professionem, vt corde quidem credatur ad iustitiam, ore autem, adeoque & toto corpore confessio fiat ad salutem.

Oecolampadiana, & Althamerica.

C. A. P. V.



ENIO tandem ad Dominicę in hoc sacramento tum præsentia, tum præsertim adorationis oppugnatores primarios. In quorum scriptis non admodum versato, alibi quodcunque repertum est rimantur